

Vos, grex meus, ego iudico inter pecus et pecus.

Léctio libri Ezechiélis prophétæ

34, 11-12. 15-17

¹¹ **H**æc dicit Dóminus Deus:

«Ecce ego ipse requíram oves meas et visitábo eas.

¹² Sicut vísitat pastor gregem suum in die,
quando fúerit in médio óvium suárum dissipátarum,
sic visitábo oves meas
et liberábo eas de ómnibus locis,
in quibus dispérsæ fúerant
in die nubis et calígini.

[13-14]

¹⁵ Ego pascam oves meas
et ego eas accubáre fáciam,
dicit Dóminus Deus.

¹⁶ Quod períerat, requíram
et, quod eiéctum erat, redúcam
et, quod confráctum fúerat, alligábo
et, quod infirmum erat, consolidábo
et, quod pingue et forte, custódiam
et pascam illas in iudício.

¹⁷ Vos autem, grex meus, hæc dicit Dóminus Deus:
Ecce ego iú dico inter pecus et pecus,
inter aríetes et hircos».

Verbum Dómini.